



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 23. Ascanius Columna Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

nius pa-
ratæ Sa-
quadri-
Lucca-
piscopus
ful crea-
Sixtum
nebatu-
ostquam
coratus
Paulo V.
st. Vir-
us, ve-
unificus
liberi-
e Jesu-
decus
m ven-
idelium
immor-
na nona
o obit
re. Tu-
erentur,
sia Ca-
s donis
lis in-
s Cor
hujus
erbis,
quod in
mplissi-
mis

mis virtutibus consecutus, de ipsa quoque Sæc. XVII. triumphavit invidia. *Civis, Senator, Pon-* A.C. 1608.
tis sex, inter paucos pius, magnanimus, li-
beralis, fortunatus in omni vita, si turba-
tam patriæ tranquillitatem, quam sollicite
curabat, ante obitum restitutam vidisset:
hoc uuum perpetuae felicitati desuit.

§. XXIII.

Ascanius Columna Cardinalis mortuus.

Eandem æternitatis viam paulopost *Ciacon. in*
ingrediebatur Ascanius Columna *vita Sixti V.*
ex illustrissima Principum Columnen- *Nic. Erythr.*
fium familia Romæ natus, qui genti- *Pinacoth. II.*
litæ Laudis æmulus ætatis maturita-
tem ingenii felicitate prævertit; quippe
a teneris annis jamjam Græcis latinis-
que, necnon humanioribus literis im-
butus Romæ in Carolo Borromæo alio-
rumque eruditorum confessu orationem
habuit, ac Philosophicis disputationi-
bus doctissimos Urbis Philosophos in
certamen adolescentulus provocavit:
Postea in Hispaniam missus in Salman-
ticensi Academia juris Pontificii Bac-
calaureus, in Complutensi vero Philo-
sophiæ, Theologiæ, ac juris utriusque
Doctor creabatur: inde Philippi II. Re-
gis aulam petens, doctrinæ fama, ac
sermonis gravitate omnium oculos, ani-
mum

Sæc. XVII. cum & admirationem tam potenter ad
A. C. 1608. se rapuit, ut ad ipsius Regis preces a
Sixto V. primo Diaconus postea Pres-
byter Cardinalis crearetur, qua digni-
tate auctus tanta prudentia Hispaniæ
negotia procurabat, ut ipse metuens
datis literis Oratori suo injungeret, ne
quid deinceps cum summo Pontifice ne-
gotii ageret, quod non antea cum Asca-
nio Cardinale communicatum habui-
set: quamquam postea, invidorum ca-
lumnia tantum Regis beneficium fuerit
illi erectum, fors non sine Ecclesiæ
emolumento; quippe Ascanius postmo-
dum eo ferventius sua obsequia Sedi
Apostolicæ devovens, in Congregatio-
ne Indicis suas partes habuit, varia-
que munia non sine laude obivit: ex-
stitit quoque acerrimus Religionis,
pietatis ac justitiæ vindex: liberalibus
quoque disciplinis apprime addictus in-
signem domi suæ bibliothecam instru-
xit; utebatur etiam Viris doctis, atque
eruditis, & præprimis Francisco Lælio
Ubaldino: Scripsit adversus Cardinalem
Baronium, Hispaniæ Reges ab invalide
Siculæ Monarchiæ calumnia vindicans:
cum autem se Clementi VIII. minus
gratum esse intelligeret, oblatam sibi
a Rege Hispano Tarragonensis Provinciæ
administrationem suscepit, qua per trien-
nium functus, ac Romam reversus, ibi
dem

dem ulcere sat periculoſo laborare cæ- Sæc. XVII.
pit, quod cum Medici nonniſi uſtione A. C. 1608.
fanari posſe cenſerent, ac chyrurgus
ſeſe operi accingens, Cardinalē men-
ſæ alligari præcipereſet, Ascanius ligari
renuit, aſſerens hoc Columnensi inde-
cens eſſe, renuente autem chyrurgo
experiri, tandem Cardinalis, ut opus
perficeret, rogabat, pollicitus, ſe tan-
quam verum Marci Antonii Columnæ
Filium velut columnam immote ſubſti-
turum: Promiſſo operis conſtantia haud
defuit, non diu tamen ſupervixit; quip-
pe aucta morbi vi die decima octava
Maji anno ætatis ſuæ quadragesimo no-
no piiffime, ut vixit, deceſſit, ſepultus
in Basilica Lateranensi, quam hære-
dem multorum millium aureorum ſcri-
pſit. Non deerant, qui convitiandi li-
bidine abrepti hunc Cardinalē offendit
ſæ Veneris calumniosiſſime ſuggillarent,
quos tamen doctiſſimus Valerius Car-
dinalis, teſtis coevus hoc elogio con-
fudit: *Ascanius, ſcripsit ille, tanta pro-*
bitatis laude affulſit, ut vivum quoddam
virtutis ſimulacrum referret; non enim in
eo niſi mores ſanctiſſimi, & ab omni in-
continentiæ labe depurati. Attamen in-
ſignium Virorum laus maxima eſt, im-
probis non probari: haud diſſimulanda
tamen videtur Jani Nicii Erythræi cen-
ſura, qua in hoc Cardinale redarguen-
dum

Sæc. XVII. dum censet, quod ex Hispania unacum
 A. C. 1608. doctrina, Hispanorum Procerum mores
 asportasset partim ridiculous, partim la-
 ves; quippe abaco mensæ, in qua pran-
 deret vel cænaret, lecto ubi cubaret,
 sellæ, cui insideret, omnibus denique
 locis umbellam serico auroque con-
 tam ac capiti superpositam habebat,
 tum etiam ab Ephebis, quos frequen-
 tes alebat, prandium, caligas & fe-
 moralia, quibus indueretur, efferri, ac
 positis humi genibus sibi porrigi jube-
 bat. Præterea Marci Antonii Patris
 sui clarissimi nomine ad aliorum contu-
 meliam abuti videbatur; nam cum
 Basiliæ Lateranensis Archipresbyter
 creatus apud Canonicos illos verba sa-
 ceret, non inquit, *habebitis Archipresby-
 terum terræ filium, nescio quem, ex Picena,*
vel ex Liguria () sed hominem Romanum,*
nobilitate, splendore, divitiis civitatis om-
nium clarissimæ primum, uno verbo, Mari
Antonii Columnæ Filium. Verum levia
 hæc ebullientis juventutis vitia tot tan-
 tarumque illius virtutum splendorem
 obfuscare haud poterant. Scripsit
 Vir eruditissimus tum Prænestinus An-
 tistes opusculum ad Rempublicam Ve-
 netam

(*) Tum Basiliæ Vaticanæ Archipresby-
 ter erat Cardinalis patria Picenus, Liberianus
 vero Ligur, nobilissimæ tamen familie Vic.

XVIII.
nacum
more
tim
a pran-
bare;
enique
onter-
bebat
equen-
& fe-
rri, a-
i jube-
Patris
contu-
1 cum
sbyter
rba fa-
preb-
Picena,
nanum,
is om-
Mari
i levia
ottan-
dorem
pferat
s An-
n Ve-
netam
resby-
eriana
: Vin.

netam pro Pontificis interdicto, ubi se- Sæc. XVII.
vere admodum in Episcopos Ecclesiæ A. C. 1608.
minus morigeros perorabat: ornatisli-
ma quoque oratione Philippo II. Hispa-
niarum Regi, necnon alia Annæ Au-
striae Hispaniarum Reginæ parenta-
bat: exstant insuper plurimæ illius
orationes eleganti stylo elaboratæ, prä-
ter varias epistolas ad diversos valde
tersas, & carmen quoddam de fructu
Sublacensis solitudinis, cuius olim
Abbas erat.

§. XXIV.

*Francisci Mariae Taurusii Cardinalis
extrema.*

Tertius ex Purpuratis, qui hoc anno *Ciacon. vit.*
naturæ debitum solverunt, erat *Clem. VIII.*
Franciscus Maria Taurusius patria Po- *Bentivol.*
litianus Julii III. Nepos, qui a Sancto
Philippo Neri ad Congregationis Ora-
torii institutum traductus Magistri sui
virtutes pia æmulatione & tam ubere
profectu assequi videbatur, ut Leo XI.
eo neminem tunc temporis existere di-
ceret, cui Deus plura & illustriora credi-
disset talenta, Baronius vero Verbi Divini
Ducem, lumen Apostolicum & anti-
quæ probitatis Virum nominaret, ac
ipsimethæretici, per quorum loca Ave-
nionensem Diæcesin iustraturus trans-
Hist. Eccles. Tom. LIV. Y ibat,